



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||  
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ  
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**Antverpiae, 1584**

Ex Angeli Politiani Epistolarvm Enchiridio, Epist. 5. Lib. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

De Pœnitentia	Lib. 1.	Pœnitentiam hoc genus.
De Velandis virginibus	Lib. 1.	Proprium iam negotium.
De Habitu muliebri	Lib. 1.	Si tanta in terra morare.
De Cultu feminarum	Lib. 1.	Ancille Dei viui confer.
Ad Vxorem	Lib. 2.	Dilectissima in Domino.
De Persecutione ad Fabium	Lib. 1.	Quæstisti proximè Fabi.
Ad Scapulam	Lib. 1.	Nos quidem neque expa.
Exhortatorium castitatis	Lib. 1.	Non dubito frater te.
De Monogamia	Lib. 1.	Hæretici nuptias aus.
De Pallio	Lib. 1.	Principes semper Africa.
De Spectaculis	Lib. 1.	
De Ieiuniis	Lib. 1.	
De Ecclasi	Lib. 6.	
Aduersus Apollonium	Lib. 1.	
De Pudicitia.	Lib. 1.	

Scriptit quoque & alia plura, variòsque tractatus, qui ad manus nostras adhuc minimè venerunt, vixitque vsque ad senectam & senium studiosus. Claruit Seueri Imperatoris temporibus, anno Domini ccc.

EX ANGELI POLITIANI EPISTOLARVM

Enchiridio, Epist. 5. Lib. 4.

**D**E TERTULLIANO quod requiris. *Quintus Septimius Florens Tertullianus* appellatur, cuiusque legi libros, præter *Apologeticum*; *De Pallio*, *De carnis Resurrectione*, *De Corona militis*, *Ad Martyras*, *De Virginibus velandis*, *De Habitu mulierum*, *De Cultu feminarum*, *Ad Vxorem*, *Ad Scapulam*, *De Persecutione ad Fabium*, *De Exhortatione castitatis*, *De Patientia*, *De Monogamia*, *De Præscriptionibus hæreticorum*, *Contra Hermogenem*, *Aduersus Praxean*, *Valentinianos*, *Marcionem*, *Iudeos*, *Hæreticos omnes*. Ipse quorundam præter hos Librorum meminit à se compositorum, qui nec exstant. Lactantius, vt in omnibus eruditum doctrinis, ita in eloquendo durior perhibet. Augustinus, lapsum quibusdam locis miratur, quamuis hominem doctissimum. Cyprianus sua frequenter scripta de illius fontibus irrigauit. Reliqua super eo Libellus Hieronymi virosum illustrium suppeditabit. Ex *Apologetico* verò nimium tibi decrat, quod & huic *Epistolæ* totum subnexui. Tu ceteros tamen eius Libros caue putes cum *Apologetico* conferendos; tum illud scito, volumen esse quod desideras propè immensum. Nam quod ad operam scilicet adinet, meam libenter equidem, de illa tibi verbis eisdem spondeo; quibus *Publio Septimio* de ciuium fortunis *Antonius*. Quid concupiscas, tu videris. Quod concupueris, certè habebis. Vale. Florent. Pridie Idus Ianuarij M. cccc. lxxxxi.

PARA-

